

pellationem admitti non debeat; et si iustum impedimentum allegari; hinc tamen sententia obijci solet textus in capite ex...

13. Insuper ratio dec. deadi.

Quibus praedictis apparet iam vera ratio praesentis assertio-

Superiori assertio obstat textus in c. ex parte 12. de referen-

14. Dilatorie ratio deubi-

enque tradita non procedunt, nec locum habent in appella-

Superiori assertio obstat textus in c. ex parte 12. de referen-

15. Expositio c. ex pu. 12. de te-

Glossa in d. c. propositi: interius vero pro iudice praesumitur, c.

provocatum fuit, ipsi remittitur, c. vltim 7. de excep. dicemus

C A P U T V I I.

Idem a in eadem.

SI duobus coram iudice litigantibus, alter ad sui iudicis audientiam super eodem negotio appellavit; & ille qui

N O T A E.

Idem in eadem. Ita etiam habetur in 1. collectione, sub

C O M M E N T A R I U M.

IN praesenti textu, & in c. sollicitudinem, infra hoc tit. agitur

domus, c. 23. & 29. Sed licet ab his, & similibus iudicibus

A Pontif. et non ap. cellatur.

C A P U T V I.

Idem a in eadem.

AD haec si in una causa aliquis appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius com-

N O T A E.

Idem. Ita etiam legitur in c. 5. hoc tit. in 1. collect. id est

C O M M E N T A R I U M.

CERTUM principium utriusque juris est, per appellationem

appellatio est interposita, possit digne corrigere, & quod ius-

In hoc Doctorum diffidio Barol. in d. l. un. existimavit iure

Glof.

lolum ab Hæreticis, veram à Catholicis expensis satisfaciunt Bellarm. ubi supra, Alvarus Pelagius de plantis Ecclesie, lib. 1. c. 6. Jacobus de Concl. l. 10. art. 7. Cibalinus l. 2. scient. can. lib. 3. c. 3. §. 11. Theophil. l. 20. tr. 3. fin. Sanderus lib. 7. de iustitia Monach. Nonnullas tamen appellationes ad Concilium interpositas refert Petrus Marcha lib. 4. c. 9. n. 17. & c. 17.

Secundo sciendum est, ex quavis Christiani orbis parte ad R. Pontificem legitime provocari. Quæ sententia illa firmissima ratione nititur, quod cum R. Pontifex Primum tenet in Ecclesia, Bellarmus lib. 2. c. 12. Suarez lib. 3. advers. Rogem Angliæ, c. 13. ad eum, utpote majorem iudicem, appellatio- nis jus pertinet: quod probatur ex Concilio Sardic. can. 4. c. 7. c. 8. q. 2. c. omnes 5. c. ad Romanam 6. c. ad Romanam 8. c. ideo 10. 2. q. 6. & aliis congestis ab Ant. Augusti. lib. 1. epist. tit. 15. per tot. docent Angelus Petrica, in integro libro Omnium Ecclesiarum appellationes ex iure divino, & Christi institutio, ad R. Pontificem debere, &c. Turrian. pro ep. Panis. lib. 3. c. 1. Rouffellus lib. 4. dist. Pontif. iuris. c. p. 10. utrum. Etiam pro hac sententia extant quædam jura hujusmodi, & præcipue textus in nostro c. si dubius, ubi cum a sententia iudicis ordinarii utraque pars appellaret (quod recte fieri posse ostenditur in l. ult. in principio. C. hoc tit. c. Raynautius, c. Raynautius, de testamentis, notati hinc Cajac. & Vvamefus n. 4.) & unus ad R. Pontificem, alter vero ad Metropolitanum, & is cum citaret appellatum ad Pontificem, & quasi contumacem excommunicasset, asserit Alex. excommunicationem vires non habere, si lata fuit à Metropolitanò sciente illum appellasse ad Pontificem: cuius ratio est, nam Pontifex, utpote summus iudex, potest legitime provocari. Et quævis Metropolitanus eo casu ordinariam jurisdictionem habeat in subditos suffraganeorum, tamen æquum non est, ut quo casu questio de lata citad Pontificem, ipse cognoscatur, ut ex c. de nostrum, 56. hoc tit.

Sed supra traditis obstat textus in can. 28. Syn. Afric. in illis: Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores clerici in causis, quas habuerint, si de iudicis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quicquid est, finiant adhibitis ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africanâ Concilia, vel ad Primitas Provinciarum suarum: ad transmarina autem, qui putant appellandum, a nullo intra Africanam in communione fuerint. Qui canon deductus est ex Conc. Milevitano, & renovatus in Concil. Africano sub Bonifacio 1. can. 97. Illum autem cum compilaret Gratianus in c. plerumq. 2. q. 6. adjecte ea verba: Nisi forte Romanam Sedem appellaverit. Quæ verba Gratiani esse antiqui Codices ostendunt, & aliena a Patrum mente, constat, siquidem ipsi per transmarina iudicia Sed. Apostolicam intelligebant. Ex quo canone aperte constat, in Africanâ Ecclesia permissam non fuisse ad R. Pontificem appellare, siquidem illi, qui ad Sed. Apostolicam appellatur, a communione repelluntur. Pro cuius canonis expositione sciendam est, olim Africanos valde deditos fuisse appellationibus, & præcipue ultramarinis, ut probat M. A. Capella in integro libro de appl. Ecclesie Afric. Unde PP. Concilii Milevitani, non in quid detraherent Romanæ Ecclesie, sed ut cohererent assiduam illam appellandi consuetudinem, ut Ecclesiastica disciplina illam appellandi moram reformationem statueret, prohiberent huiusmodi transmarinas appellationes. Procedit tamen prædicta prohibitio in presbyteris, & minoribus clericis, non in Episcopis, ut recte probat Bellarmus lib. 3. de Roman. Pontif. c. 11. ex D. Augustino, qui interfecti Conc. Milevitano, & tamen scribit ep. 162. licere Episcopis Africanis appellare ultra mare. Nec contrarium probatur in illis verbis: Sicut & de Episcopis iure constitutum est. Quare reperitur in d. can. 28. c. in ead. 125. Nam accipienda sunt iuxta priora de appellatione ad universale Concilium, atque ita canone illo tantum prohibetur presbyteris, atque inferioribus clericis, ad transmarina iudicia provocare, ut docetur Turrianus lib. 3. pro ep. Pontif. c. 1. Boquetus ad Tomæ. d. lib. 1. ep. 5. Coqueus in annotationem. lib. 1. fol. 136. Roussel. hist. Pontif. iuris. lib. 4. c. 8. §. 3. Theoph. tom. 16. supra. Itaque evanescit illatio Balsamonis ad can. 31. Concilii Carthag. dum exclamat: Nota ex eo, quod frustra se factant, qui sunt Romane Ecclesie, dicentes eam debere de omnium Ecclesiarum questionibus per appellationem decidere; si enim ei non permittitur appellationes eorum, qui sunt in Africa, examine, multo magis hoc eis non habebit in alias regiones. In quibus verbis nititur superbia Grecanica, quam denique Deus contudit subiiciens illos iudicio Turcico, qui tentant se subiacere iudicio Pontificio. Stat ergo Africanum Canonem nihil officisse iuri provocandi undecumque ad Pontificem iudicium. Similiter, quod nonnulli PP. nisi interdum sunt ferre iustas appellationes Romanas, facile explicatur. Non enim dissentent iustitiam tantum appellationem quoad substantiam, sed tantum improbant abusiones ab appellandis admittas, ut videtur apud S. Bern. lib. 2. de consiliis c. 2. & ep. 178. Ivoem ap. 172. 180. c. 119. Petrus Cluni. lib. 4. ep. 7. de Canonis ad Gregorium, Hildebertum ep. 82. Quæstiones ad Gregorium, ait, huiusmodi moratoris, & superfluis appellationibus plantatis in horro domini, nisi toxicum mortis, quod subvenit assilidorum in nihilum. Pontificalis vigor elanguit, iusticia pariformis in nihilum revertitur, incrementum autem suscipit ubertas delictorum. Quæ etiam in his Regis à sententia suprema Senatus S. Inquis. appellatio ad Rom. Sedem pluribus in casibus rejecta fuit, ut refert, & probat Salz. de iustit. par. 2. c. 33.

Hucusque disserimus de Pontificis potestate in iure appella-

Ad Pontificem ex omni parte appellatur.

Exponitur canon 25. synodali Afric.

tionum; none de reliquis inferioribus Prelatis videamus appellatio- nis in his autem in ordo servatur, ut ab Archidiacono, Archipresbyteris, & similibus Episcopo subiectis appellentur ad eundem Episcopum, c. 3. §. 1. hoc tit. in 6. Nec tunc obstat textus in c. referent. 7. de p. d. c. de iur. iuris. nunc. quorum veram interpretationem dabitur in c. dilecti 65. de appell. Adæo autem hoc admittitur, ut ad ipsos Episcopos Vicariam potestatem appellatur, Scaccia de appellat. q. 8. n. 72. Sic etiam a gestis per Capitulum ad ipsam Episcopum appellatur, c. collatione 11. hoc tit. in 6. Scaccia ubi supra, q. 8. n. 120. A Vicario tamen generali Episcopi ad ipsam Episcopum appellari non potest, c. 3. in princ. hoc tit. in 6. c. contra unum, in fine, de offi. deleg. adæo ut neque consuetudine contrarium introduci possit, c. 2. de consuetud. lib. 6. Trid. sessio. 22. de reform. c. 7. docent Germonius lib. 1. animad. c. 7. Petrus Gregorius in c. conquiescent 11. n. 12. de offi. Ordin. Pereyra de manu Regia, par. 1. c. 10. n. 9. plures congesti à Barbola in perdocta collect. ad textum in d. c. 2. de consuetud. c. ad Trident. in d. c. 7. n. 1. c. de post. Episc. 3. par. allegat. 54. n. 46. c. de Casarico c. 36. n. 6. nam cum uterque unum, & idem Tribunal constituent, ideo a Vicario non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum appellandum est, ne ab eodem ad seipsum appellatur, d. c. 2. de consuetud. Garcia de benef. 5. par. c. 8. n. 23. Sanchez lib. 3. de marit. disp. 29. n. 9. Petrus Barbola in l. cum Prætor 12. n. 23. ff. de iudic. Quæ ratio evincit, ut sive a sententia definitiva, sive ab interlocutoria a Vicario Episcopi appellatur, semper metropolitanis adendum sit, & ita praxi semper observatam vidimus, quamvis quoad interlocutoriam sententiam dissentiant Patres lib. 2. de offi. 303. Mai-nardus, Riccius, & alii congesti à Narbona l. p. de appell. vicario, n. 165. Hæc tamen doctrina valde difficilis redditur ex eo, quod adæo videtur ratio appellationis, & reculationis, c. super eo 12. vers. in casibus, hoc tit. Et tamen reculato Vicario Episcopi, reculationis causa eodem Episcopo proponitur, c. si contra q. de offi. delegat. in 6. cum arguatur idem quod videtur observatum in appellationis causa. Sed dicendum est cum Ancharano in c. si contra, Dominico, & Franco, quod est inter appellationem, & reculationem nihil interit, ubi eadem ratio militat, in præsent tamen diversa ratio inter utramque agnoscat, illa videlicet quod appellatio cum jurisdictionem majorem in eo ad quem appellatur, petat, reculatio vero dumtaxat reculata personam respiciat, non vero maiorem in aliquo extigat, ideo Episcopos agnoscere potest de reculatione Vicarii, cum tunc non eadem, sed diversa persona revera sit, ut docet Barbola de post. Episc. 3. par. allegat. 54. n. 139. nisi reculationis causa etiam Episcopum respiciat, tunc enim de illa ipse cognoscere non poterit, sed arbitri eligendi sunt, c. suscipimus 39. de offi. deleg. c. cum specialit. 61. hoc tit. argumento textus a simili in c. si a subdelegat. 14. de offi. deleg. lib. 6. Qui tamen procedat reculato Episcopo, ad Vicarium reculatus censetur, expolitur in c. consuetudine 23. de offi. deleg. & ad idem procedat in Vicario forano, late disputant Barb. in d. c. 2. de consuetud. in 6. Narbona lib. in tr. de appell. vicario.

Sicut ab Archidiacono, Archipresbyteris, & similibus Episcopo inferioribus appellatur ad ipsam, ita etiam ab Episcopo, & eius Vicario generali appellatur ad Archiepiscopum, c. 3. hoc tit. in 6. c. referent 6. q. 3. c. si singulari, in 2. c. nullus Primitas, c. conquiescent 9. q. 3. c. pastoralis ubi offi. Ordin. c. dilectus, c. cum causam, c. postulatissimum, hoc tit. c. per unum, de sent. excommunicat. c. 1. c. Romana, de foro compet. lib. 6. c. 1. de offi. Legat. l. 9. tit. 4. par. 3. Scaccia de appellatione lib. 3. q. 8. n. 86. Petrus Gregorius lib. 4. de iustit. c. 2. Solozanus c. 2. lib. 3. c. 9. n. 14. Quia Archiepiscopi immediati superiores sunt, ideoque Principes Episcoporum dicuntur, c. de nos, dist. 21. Jacobus de Conciliis, lib. 1. art. 1. n. 165. imo eorum sedes prima vocari solet, ut probat Loysias in not. ad can. 8. Concilii Tolos. 13. quæ jurisdictione ut ad ipsam appellatur, adæo Archiepiscopo competit, ut etiam in causis, & in quibus Episcopi temporalem jurisdictionem exercent, ad ipsos appellatur, d. c. 3. §. ab hoc tenet, in 6. licet hæc consuetudo iure nostro Hispano recepta sit, imo contrarium observatur ex l. 1. tit. 1. lib. 4. Reopit. l. 18. tit. 3. lib. 1. docent Azevedus lib. 1. Covarruv. par. 1. c. 4. n. 3. Scaccia de appellat. q. 8. n. 45. Hanc etiam jurisdictionem intendunt Doctores ad causas, in quibus jurisdictione Episcopi fuit excitata, quia adhuc ut ordinarius in his procedit, iuxta adducta in c. liter, de offi. ord. Hoc tamen jurisdictione Archiepiscopi certis cancellis, & terminis inclusa est, Primo videlicet, ne possit iudices, sive officiales constituere in diocesis suffraganeorum, etiam pro futuris causis per viam appellationis audiendis, c. 1. de ordin. lib. 6. nisi aliter consuetudine introductum fit, ut contingit in hac Metropolitanâ Compollanâ, in qua pro decidendis causis appellationum iudex sedet, & propria tribunal habet in hac urbe nostra Salmanticensi. Secundo aut in ipsis causis appellationum jurisdictionem in propria civitate, non in aliena diocesi exercere, ut in l. ult. in 5. de iur. ordin. lib. 6.

Ex traditis numero superioribus provenit vera ratio presentis decisionis, dum Alexander in ea supposit, excommunicacionem per Archiepiscopum latam contra eum, qui ad ipsam appellaverat, valere dammodo Archiepiscopo ignarus fuisse talis appellacionis Pontificis, cum cum ad eum, utpote immediatum, & proximum superiorem, appellacionis causa deferri debuisset, & c. 3. §. ab hoc tenet, potuit coercere eam ex legitimatoribus contumacem, & si dicas, quod in præsent specie Archiepiscopus sive sciens, sive ignorans, non poterat excommunicacione ligatore, qui ad Pontificem appellavit, utroque in casu, cum a majori iudice delinere, a penis contumacia immunis esset, l. contra 34. §. 1. ff. de iudic. sine qua contumacia

appellatio- nis

Exponitur canon 25. synodali Afric.

Ab Episcopo appellatur ad Archiepiscopum

Exponitur canon 25. synodali Afric.

sumacia iuste ferri excommunicatio non debet, ex late traditis a Covarr. in c. almas, l. p. §. 9. n. 4. Suar. de casibus disp. 4. sect. 3. n. 1. & omnia a. n. 6. Sed respondeo hæc in re recte a Pontifice hic distinctionem adhiberi Archiepiscopum ignoranter, & scienter; nam est sciens neque de causa cognoscere ad majorem iudicem translati (adeo ut idem sit futurum, est prius appellatio ad eum interposita, posterior vero ad Pontificem, quasi ex huius maiestate, non vero antiproposita provocantis, res hæc estimanda sit, ut contra Decimum hic bene docet post Abbatem Vvamefus, hic, n. 7.) ubi tamen Archiepiscopus ignarus est huius appellacionis Pontificis, propter ius ordinariam eatenus jurisdictionem habet, ut possit contumaciam citari non comparens coercere: quod non impedit id, quod dicitur in d. l. contra, §. 1. a penis contumacia excusari eum, qui coram majori iudice litigare cepit. Nam hæc sententia ita accipienda est, si modo minor iudex de iudicio coram superiore proposito certior sit, nam alias si ignarus sit, tunc ejus est examinare, an sua sit jurisdictione, argumento legis ff. quis ex aliena 5. ff. de iudic.

Hucusque tamen traditis obstat textus in c. omnes 36. 11. q. 1. ubi aperte docetur, sententias ab Episcopis latas perpetuo firmitatem habere, nec licere eas retractare. Igitur quia a sententia per Episcopum prolata non licet provocare. Pro cuius difficultate solutio dicendum est in eo textu, sicut & in c. quiescent, antecedenti, referri privilegia Imperatoris Theodosii, qui humilitatis gratia, ut refertur in c. novis, vers. Nec si illud, de re iudic. & ut magno prosequeretur honore Episcopos, concessit eisdem, ut extra ordinem inter laicos cognosceretur: quo casu sententia illorum adeo firme erant, ut nec appellationis remediò retractari possent, quod non procedit in aliis sententiis iure ordinario ab Episcopo prolatis in causis Ecclesiasticis, in quibus appellatio iure communi ad Archiepiscopum interponenda est. Etiam obstat textus in c. si Metropolitanus 6. q. 4. ubi docetur, quod si causam criminali coram Episcopo agitam Metropolitanus audire distulerit, ad Synodum proximum deferatur, ut quidquid concorditer Episcoporum iudicio fuerit terminatum, ratum, firmumque permaneat. Igitur quia a sententia Episcoporum, non ad Archiepiscopum, sed ad Synodum est appellandum. Cui difficultati satisfaciendum est afferendo: in eo textu ideo appellari ad Synodum, quia Metropolitanus negligens fuerat, & propter eam negligentiam auter ab iplo causa cognoscitur, & ad Synodum deferatur, sicut etiam contingit, cum appellans ab iplo Archiepiscopo gravatur; nam tunc Metropolitanus vicinior adire potest. Concil. Tolos. 13. can. 12. & si in prædicta Synodo omnium Episcoporum calculo feratur honores sententia, firma, atque rata perpetuo esse debet: si autem Episcopi dissentierint, tunc vicinioris Episcopi iudicium appellandum est, c. 1. §. 2. eadem causa §. quæst.

Ab Archiepiscopo, seu Metropolitanis appellandum est ad proprium Patriarcham, seu Primate, cui illi parent. Scaccia de appell. d. q. 8. n. 7. Olim appellabatur ad Concilium Patriarchæ, seu Primatis, c. 1. n. 1. dist. c. conquiescent 9. q. 3. Frequenter tamen a Primate, seu Patriarcha appellatur ad Legatum, vel Pontificem immediatum, & ordinariam jurisdictionem habet Pontifex immediatus, & ordinariam jurisdictionem habet Primate appellari ad Concilium Provinciale. Nam omnino Scaccia d. q. 8. n. 98. dicendum est textum illum esse exaudientium, quos procedit ad eum depositionem, quo casu licet similes causis, in quibus pena depositionis imponitur, iudicio Pontificis fit terminanda, c. 1. de offi. Legat. q. 3. q. 6. at causa ipsa discutienda est in provincia per Metropolitanum, d. c. discussere, aut per Primate, d. c. Primate, & ad Pontificem remittenda est, ut aut ipse sententiam proferat, aut alii proferendam committat. Si ergo Primate, aut Metropolitanus iuste procederit in ipsis cognitione, appellare licet ad iudicium Synodi Provincialis, d. c. Primate, quod singulari iure receptum est, ut vitetur molestia ad eundem Pontificem, antequam causa legitime instruita ad ipsam remittatur: quæ potestas in causis gravioribus Episcoporum jam sublata est per Tridentinum sess. 13. de reform. c. 8. Tandem a Legato Pon-

tificis ad ipsam appellandam est. Scaccia d. q. 8. n. 49. quia Legato nullus alius nisi Pontifex superior est, ut probatur in c. 1. de offi. Legat. Hoc tamen casu, & similibus, in quibus ad Pontificem appellatur, causa ipsa examinatur coram Auditore cameræ; nam auditor ipse iudex ordinarius est omnium appellationum, quæ interponuntur a sententiis per quoscunque latis extra Coriam, ex concessione Gregorii XV. & Innocentii VIII. & Pii IV. & Pauli V. quas refert Concilius in notis. Cardin. c. 41. ad quem pertinet corrigere sententias ab aliis iudicibus inferioribus prolatas. Scaccia ubi supra, qui recte docet, supradictam Auditoris Camere potestatem non extendi ad causas spirituales, beneficiae videlicet, vel matrimoniales, quarum cognitio spectat ad Signaturam iustitiæ, & Auditores sacre Rote.

Pro coram huius commentarii pacis absolvamus alteram eius partem, quæ spectat ad iudices in foro seculari in causis appellationum ad eundem. Est iure civili de hoc populo primum, deinde Imperatori statuendi jus fuit. A Prætoribus appellabatur ad Præfectum Urbi, ad quem etiam appellabatur ab aliis Præsidibus Provinciarum, l. 3. l. 27. ff. de appell. habebat enim Præfectus Urbi sacrum auditorium, l. 18. C. Theod. de appell. l. 2. C. Theod. de passis, l. 16. C. de appell. Unde Cassiodorus in formula Præfecti Urbis, Cur etiam, inquit, ex designatis legibus Provincie de hac appellatione cogoo- fces. Et Papius de Gallico Præfecto Urbis: Hincque signum, quæ sepe tuum fora turbida quæstu Confugiunt, legisque, urbesque ubivertique cogate: Quod tunc longinquis implorant iura querelis.

Quibus verbis innuitur, ex Provinciis etiam longinquis appellari ad Præfectum Urbi. Vopiscus in Aureliano, referens verba Senatus ad Coriam Carthagenensem, ait: Omnis pro- vocatio Præfecti Urbis erit, quæ tamen a Præsidibus ordinariis iudicibus emerit. Ab aliis etiam provinciis Præfectus Prætorio appellabatur, ut in leg. 27. C. Theod. de appell. & aliquando adjuncto Magistro militum, ut in causa legis 23. C. de appell. plerumque Princeps ipse appellabatur, l. 1. l. a Proconsulibus, ff. de hoc tit. l. ult. ff. de condit. & demonstr. l. fin. ff. quæsum eo: observavit Cajacius lib. 8. observ. c. 38. & aliquando ipso consentiente ad Senatum appellabatur. Vopiscus in Probo, ubi: Patribus permittum, ut de magno iudicium appellationibus ipsi cognoscerent. Capitolinus in vita Marci Antonini, ubi: Senatam multis conditionibus, & maximis ad se pertinentibus, iudicem dedit, nec quisquam Principam amplius Senatui detulit. Et statim: Senatam appellationibus a Consulibus factis iudicem dedit. De Nerone refert Suetonius, quod statuit, ut omnes appellationes a iudicibus ad Senatum fierent. A Præfecto Urbi appellabatur ipse Princeps, l. Remi- llius, ff. de minor. a discussore appellabatur Comes rerum privatarum, l. cum post 26. C. hoc tit. quæ est scripta ad Pelagium Comitum rerum privatarum, non ad Præfectum Prætorio, ut edidit Haloander, sed ad Comitum rei private, ut apparet non tantum ex Cod. Theodos. sed etiam ex leg. penultima. Cod. quorum appellat. non recip. quæ coniungenda est cum dist. leg. 26. Illud iure civili perpetuum fuit, ut eius iudicis, qui sententiam proculit, proximus superior adiretur, ut dicimus in cap. dilectus, hoc tit. Prosequuntur Polletus hist. fori Romani lib. 3. cap. 17. Gutherus de offi. domus, lib. 1. cap. 16. c. lib. 2. c. 11. Hæc iure civili observantur, iure vero nostro Hispano aliter recte habet. In primis ab Ordinariis locorum ad summam Prætoriam, quibus subiacitur, vulgo Chancellariis, appellationes deferuntur, exceptis causis minimis, in quibus ad confessoria appellatio interponitur, ut dicimus in c. nominimus, hoc tit. in oppidis vero peculiariter dominos habentibus licet ab ordinariis iudicibus ad eos, vel Magistratus ab ipsis Præfectos, vulgo Alcaldes maiores, appellare, & postea ab eis ad Regem Prætorio adire: quod facere potest, quia omnino medio ad Principem appellare licet, l. 1. tit. 1. lib. 4. recop. l. 14. tit. 18. cod. lib. 18. §. 19. tit. 3. par. 3. prosequuntur latus Covar. par. 1. c. 4. Gutierrez lib. 1. par. 3. q. 4. Paz in pract. l. 1. §. 1. in procem. n. 43. & 7. p. per tot. Bayo in pract. lib. 1. c. 23. Didac. Per. in tit. 15. lib. 3. ord. Pichard. in manu. tit. de appell. par. 8.

De appellacionibus in foro seculari

Denique quod queris, si a civili iudice ante iudicium, vel post ad nostram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi appellatio teneat; tenet quidem in his, qui sunt nostre temporali jurisdictioni subiecti: in aliis vero, est de consuetudine Ecclesie teneat, secundum iuris sententiam provocacione suspendit, & qua nec oportuit pro- vocare, argentariam molam, quam huiusmodi factio factio generalis imponit, cogatur expendere. Ubi fationem illam generalem existimat Baronius r. q. anno 69. n. 4. eam esse, qua vetitum est, ne clerici coram secularibus iudicibus causam dicerent, in quam rem expositi epistolam B. Ambrosii ad Valentium Jun. Idem dicendum est in causis temporalibus deici- fis a iudice laico in terris Ecclesie quoad spiritualia, & temporalia subiecti, ut in præsent statu Innocentius in c. v. n. 19. de iur. iuris. l. iusticia, hoc tit. c. cum Panon. 10. de iure iustitiam. Si autem iudex laicus nec parat Ecclesie, nec ab ex iurisdictionem obtinet, non potest ab iplo appellari ad iudicem Ecclesiasticum, necque resequitur super tali appellatione impetratum ullas vires habere, c. liter, c. ex tenore, de foro compet. late probat Angoanus lib. 3. de legibus, c. 2. per tot. ubi varias ampliationes, & limitationes huius principii adducit, & præcipue illam, nisi consuetudine contrarium introductum fuerit, & lufci.

NOTA.

Textus hic spectat ad iudices, ad quos appellare licet, cum iudex a quo Ecclesiasticus, vel secularis reputatur. Et certum est, in causis Ecclesiasticis non licere a iudice Ecclesiastico ad secularem appellare, unde cum Melchisede Papa in Synodo 19. Episcoporum sententiam prodidit in causa cuiusdam Episcopi contra Donatistas, ab hæc Donatistæ ad Constantinum Imperatorem appellaverunt, eos gravissimis verbis reiecit, impudentes a iudicibus vilium fuit eos iudicio Ecclesie non acquiescere, & more secularium hominum provocare, & ita propter. Orabida furoris audacia? fuit in causis Gentilium fieri solet, appellationem interponeretur. Refert Baronius r. 3. Anno 313. & anno 314. n. 36. Hinc etiam Valentinianus Imperator quemdam Episcopum condemnatum in Synodo appellatam ad secularem Tribunal, pena pecuniaria multavit, in hæc verba: Quoniam Chronop. ex Antifite idem fuit in tuo, & qui fuerat in septuaginta Episcoporum ante iudicio, & tam

fucitatis privilegiis Constantini in l. i. c. Theodof. de Epifc. ju-
dic. Theodofii in c. quocumque 11. q. 1. docet Covarr. in regul. juf-
feller, 2. par. 3. dummodo legitime fit precripta, cum fcientia,

mittat caufa cognitionem judici Ecclefiaftico; ab hujus fententia non ad judicem Ecclefiafticum, fed ad feculare appellari debet, ut docet probat Elcobar de Pontif. jurifc. lib. 1. cap. 21. n. 91. contra Narbonam; qui in l. 20. tit. 1. lib. 9. re- capit. glof. 42. n. 30. contrarium tenuit, videlicet propter incorporationem jurisdictionis facularis in perfona Ecclefiafticam, ad judicem Ecclefiafticum appellari debere.

CAPUT VIII.

Idem Plebano, & Clericis, a Sancti Nazarii de Albia.

EX ratione. Et infra: Verum fi appellationem biennio elapfo interpoftam a fententia contra vos prolata profecuri non eftis, dummodo profecutione ipfius per impotentiam vos confiterit omiffis, nolumus quod iuftitia veftra debeat prejudicium generari.

NOTA.

Sancti Nazarii.) Ita etiam legitur in prima collefione, fub hoc tit. c. 8. Sed cum hujus Sancti dux reperitur fabulice, alia in Gallia, de qua epigramma fcriptis Venantius

Fortuna. lib. 1. alia Conftantinopoli, quam vultate collapsam reficitur Balilus Imperator, ut fcribit Cedrenus in compendio vita ipfius Imperator, non audeo affirmare de qua loquitur Alexander in prefenti textu, cuius integra caremus: ejus tamen fragmentum expofui in c. Romana 5. hoc tit.

CAPUT IX.

Idem a Vigorn. Epifcupo.

Memimus. Et infra: Ceterum cum aliquam caufam contingit tibi appellat. rem. committi, & adverfa pars post citationem iter arripit ad Sedem Apoftolicam veniendi, non minus poteris in negotio feculare juris formam procedere: quod fi ante citationem iter arripuerit, non eft aliquatenus procedendum.

NOTA.

Vigora.) Ita etiam habetur in prima collefione, fub hoc tit. c. 9. & post Concil. Lateran. par. 10. c. 8. & in c. memimus, qui clerici vel vici, ubi extat prior pars hujus textus. Alia etiam partes funt in duobus capitibus fequentibus: verba autem in prefenti relata citantur ab Innocentio III. & tribuantur Alexandro lib. 1. epifc. 179. 180. & 182. & in cap. cum caufa 22. de offic. deleg.

Licet arripio itineris species fit appellationis tacite, c. 4. de refic. spol. c. 3. de contr. utri, c. parvum, hoc tit. c. 7. de do. lo. c. contum. tamen fi cum judicium non eft ceptum in fraudem literarum Apoftolicarum, & contemptum iudicis delegati, quis iter arripuerit, potest nihilominus iudex in caufa procedere, quia adhuc fufpenfa non eft ejus iurisdictione, nec ille qui iter arripuit, fub protefione R. Pontificis adhuc eft, ut in caufa nuntii miffi ad Sedem Apoftolicam, docetur in c. ad hoc, et 3. hoc tit.

CAPUT X.

Idem.

Super eo, quod folicitudo tua quæfivit, prudentia tua duximus respondendum, quod fi de aliqua exceptione quæftio orjatur, & exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptio erit merito b̄ superfedendum: & fi principalis caufa sine illa terminari non poterit, ei nihilominus superfedetur.

NOTA.

Dem.) In prima collefione, fub hoc tit. c. 10. additur, pars capituli Memimus, quibus verbis innuitur, in hoc textu referri partem capituli antecedentis, qui est Alexandri III. unde hanc epiftolam compilatores sine caufa in tres divififfe partes, iuste conqueverat Jacobus Cajacius in prefenti. b̄ Superfedendum.) Omnia conforat huic decifioni textus in c. 34. hoc tit. in l. collef. in illis verbis: (Super eo vero, quod a nobis quærendum duxit tua difcretio, utram videlicet

per incidentem quæftionem, fuper quam fuerit appellatum, tota principalis caufa, quæ commiffa est judici appellatione poftpofita terminanda, debeat indecifia relinqui? Inquifitioni tuæ duximus respondendam; quod fi quæftio incidens talis fuerit, quod fine ea principalis caufa non poffit terminari, per interpoftum appellationis obftaculum totius caufe cognitio debet de iure differri, donec fuperior iudex ad quæfuitur iurisdictione appellationem eft, aliter de tota caufa difponat.) Facientque quæ adduxi in c. 1. hoc tit. Commentarium hujus textus dabimus in c. fuper eo, infra hoc tit.

CAPUT XI.

Idem a in eadem.

De appellationibus vero, quæ pro caufis minimis funt, tuam volumus cognitionem tenere, quod eis, pro qualicumque, & quantumcumque levi caufa fiant, non eft minus, quam illis, quas pro majoribus fieri contingit negotiis, deferendum. Unde fi appellantes appellationem fuam contempferint profequi, tu illos, aut appellationem profequi, vel tuo iudicio stare, ap. rem. diftrictè compellas.

NOTA.

Dem.) Ita etiam legitur in r. collefione, fub hoc tit. cap. 12. Idem Alexand. III. Vigorn. Epifcupo, ut in duobus textibus antecedentibus.

COMMENTARIUM.

Licet minima non veniant in juris considerationem, l. fi ante, ff. de integ. reftit. l. 4. in fine, ff. de adil. edic. plures congeftri a Barbofa axiom. 50. & nonnulla congeftri in c. cum te 23. de re iudic. tamen fi iniuftitia fiat alicui, etiam circa minima appellatio admittitur ex hoc textu, & l. c̄ in majoribus 20. c. hoc tit. Rationem eleganter exprefsit Julianus antecessor in novel. 69. Juffin. his verbis: "Quamvis res, de qua agitur, minima videatur; tamen iuftitiae ratio non ex quantitate, fed ex fuis regulis aſtimari debet; nam & quod aliis viliſſimum eſſe videtur, hoc aliis pretioſiſſimum eſt." Docent Joannes Crotus, & Balboa in prefenti, Vultejus de

iudic. l. 4. cap. 2. mon. 51. Non tamen eo caſu appellatio interponitur ad ſuperiorem, ad quem in magna caufa appellandum eſt; unde apud nos in caufis decem millia marapetinarum excedentibus, ad civitatum Comitum, feu Confiftoria appellandum eſt, ubi Decuriones eliguntur, qui ſimul cum iudice ordinario a quo de caufa ipſa cognofcunt: quæ Decurionum iurisdictione hodie prorogata eſt ad ſummam 30000. marapetinarum, ut conſtat ex l. fin. tit. 13. l. 4. reſcript. docent late Narbona in l. 7. epifc. tituli, & lib. Villar. in ſilva, reſponſ. 15. quæ appellatio ad Confiftorium admittitur, etiam ſi caufa fit criminalis, dummodo poena non excedat prædictam quantitatem. Didacus Perez in l. 7. tit. 16. lib. 3. Ordin. Non ergo in caufis minimis ad Principem, feu ſupra- prima Tribunalia appellari licet, ex novella 72. & ex eo, quod ait Conſtantinus in l. 2. c. de operib. publicis, ibi: "De rebus præcipuis, maximiſque, non de quibuſcumque viliſſimis noſtrum debent interpellare conſilium." Et Marcellianus lib. 2. inquit: "Infra Imperiale culmen eſt minutis caularum mutare."

CAPUT

CAPUT XII.

a Idem.

Super eo, quod interdum iudices delegati ab altera partium, tamquam ſuſpecti b̄ reculantur, hoc tæ prudentiæ præſentibus litteris innoteſcat, quod cum ſacri Canones & ante, & poſt litem conteſtata, & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiæ ſingulis appellandi facultatem tribuunt, non admittunt aliud remedium, præter ſolam appellacionem, ſicut leges faciunt faculares, quæ appellacionem, niſi caſu, ante ſententiæ non admittunt. Unde in caufis Ecclefiafticis, ubi appellacionis remedium tollitur, utrumque remedium c̄ denegatur: & ideo ſicut appellacioni, ita recuſacioni non eſt aliquatenus deferendum. Si autem infra certum temporis ſpatium perſonis aliquibus committitur litis aliqua decidenda, infra quod continueatur in litteris, caufam poſt ſuſceptionem litterarum infra d̄ certum terminum terminari debere, ex tunc terminus incipiat, cum eos, quibus litteræ delegantur, eaſdem contigerit litteras accepiſſe.

NOTA.

Dem.) Ita etiam legitur in r. collefione, fub hoc tit. c. 33. poſt Concilium vero Later. p. 10. c. 12. additur, Eidem, in eadem: quibus verbis innuitur, in prefenti referri ſecundam partem epiftolæ decretalis, cujus prima pars recitatur in c. 1. de reſcript. ex quo ſupplenda eſt prefens inſcriptio, & prior textus pars reſtituenda.

b̄ Reculantur.) Quo caſu proceditur juxta proximè adductam in c. ſuſceptionis, de offic. deleg. c. cum ſpeciali 61. hoc tit. c̄ Denegatur.) Veluti ſi caufa cognitio delegata ſit cum clauſula, appellacionis remota; eo enim caſu non eſt locum recuſacionis, probatur ex c. novis 43. hoc tit. c. conſuluit, 18. hoc tit. in collef. ubi Alexand. III. ita reſcribit Archiepifcupo Raven. (Conſuluit nos tua fraternitas, utram recuſaciones admittere debeas in caufis, quas abique remedio appellacionis tibi committimus terminandas. Super quo f. r. taliter duximus reſpondendum, quod licet ſacra leges remedium illud admittant, tamen cenſura ſacrorum Canonum aliud remedium, præter remedium appellacionis, non admittit, cum licitum ſit ſecundum ſtatuta Canonum, ante litem conteſtationem, & in ipſa litem conteſtatione, & poſt decifionem caufæ ad appellacionis remedium convolare. Ideoque remedium recuſacionis non debes admittere, ſiquando caufas aliquas tibi commiſerimus ap. rem. terminandas. Verum tamen cogitacioni caufæ, quæ vertitur inter B. & nepotem B. volumus ut in prefentiarum ſuperfedes, quia utraque pars noſtro conſpectui ſe repræſentavit.) Et docent Gloſa ultima in dicit. cap. novis 43. Accurſus in l. ult. Cod. de ſent. c̄ interl. facitque vulgaris illa ratio, quod quoties duo æquiparantur per viam regulæ, diſpoſitio, quamvis exorbitans, quæ de uno agit, alium comprehendit, ſi deur eadem ratio. Gloſa ultima in l. ſi quis ſervo 20. C. de ſurtis, Gloſa penultima in c. ſi poſtquam 33. de elect. lib. 6. Covarr. in c. Raynaldus, 9. 3. n. 6. de reſam. led appellatio, & recuſatio æquiparata videntur per viam regulæ, ut probatur videtur ex prefenti rubrica, ibi: De appellacionibus, & recuſacionibus. Ergo qui in appellacione procedunt, in recuſacione admittuntur. Jure tamen Civili valde diſtinet recuſatio ab appellacione, ſiquidem recuſatio proponitur ante ſententiæ, appellatio vero poſt ſententiæ, ut probat Cujac. in l. apertiffimis 16. C. de iud. d̄ Infra certum terminum.) juxta ea quæ adduxi in cap. de caufis 4. de offic. deleg.

COMMENTARIUM.

EX hac Alexandri epiftola talis deducitur diſputanda aſſertio: "Non ſolum a definitiva, verum ab interlocutoria ſententia appellari poteſt." Probant eam textus in c. conſuluit 19. c. bona 51. c. ad audientiam 54. hoc tit. c. ex p. 7. de reſcri. c. olim 7. de excep. reſcripta 19. de iud. c. 2. hoc tit. 1. 6. Clem. appellat. & eod. tit. c. 2. c. cum dilectis, de do. lo. c. contum. c. 2. de coning. ſerv. Illuſtrant ultra congeftri in prefenti a Barbofa, Balboa, & Fernofino, plurimi laudati a Barbofa ad Conſ. 2716. ſeſſ. 24. de reform. c. 20. quibus adde Cujac. in prefenti, Bobadil. l. 2. pelt. a 11. n. 155. Pichard. in manud. 4. p. 3. 11. Treult. vol. 2. ſeſſ. diſp. ult. chaf. 7. Donell. l. 28. cōm. c. 6. P. Barboſam in l. ſi debitor 21. ex n. 80. ff. de iud. Cenzel. de appell. c. 3. n. 70. Volte. l. 4. de iud. c. n. 100. Bronchort. cent. 2. alleg. 29. Pacium cent. 3. q. 8. Joan. Grot. & Cujac. hie. Salgad. de preſcri. reg. 2. p. 2. 1. per tot. Fragor. tom. 2. de regim. l. 3. diſp. 24. §. 8. n. 134. & §. 10. per tot. Giard. diſp. 56. n. 6. Chriſtin. 1. 1. diſp. 18. per tot. Borell. tom. 2. deſt. tit. 33. Velam tom. 2. diſp. 41.

Sed adverſus hanc aſſertionem ita proo dicitandi ratione inſurgit: Appellatio, ut ſæpius in hoc titulo probavi, inventa eſt in ſententiæ inferioris per ſuperiorem corrigatur, & emendetur: ſed ſententiæ interlocutoria per ipſum iudicem mutari valet, & gravamen per illum illatum auferri, illud enim verſatur difcretem inter ſententiæ interlocutoriam, & definitivam, quod interlocutoria poteſt contrario imperio tolli, l. qualem 9. ff. de reſer. eorum, l. ſi quis 15. ff. de novi oper. nunc. l. 1. §. ult. l. Præſ. 10. ff. de Præſ. ſtipul. c. cum eſſante 99. c. interpoſita 70. §. ult. 2. hoc tit. c. conſtitutus 24. de preſ. c. ſacro 48. verſ. Ca. uat. de ſent. excom. c. ex parte 23. de p. ſententiæ vero definitiva ab eodem iudice revocari non poteſt, l. Paulus 42. l. iudex 55. l. cum quæſtatur 62. ff. de re iudic. l. 2. C. eod. tit. l. 1. §. ult. verſ. hæc epiftola, ff. de q. l. Divi 27. de panis, l. 2. c. ſententiæ reſcidi: docent communiter repetentes in l. quod juſſi, ff. de re iud. plures congeftri ab Ofwaldio l. 27. Donell. c. 1. l. l. D. Valentia l. 2. illuſtr. reſc. c. 6. & 7. Salgado de preſcri. l. 1. p. 5. per totum. Igitur cum ab ipſo iudice tolli, & emendari gravamen illatum poſſit, fruſtra ad idem ſuperior provocatur. Qua dubitandi ratione minime obſtante, vera eſt prefens aſſertio, pro cujus expoſitione exponendum eſt, quænam app. D. Gonzal. in Doretal. Tom. II.

Interlocutoria quid.

pelletur ſententiæ interlocutoria, quidque ſit interlocutio, & quare ita dicatur. Et certe interlocutio dicitur quaſi interim locutio, id eſt interim dum pronuntiat iudex ſententiæ definitivam, interlocutio locum habet, l. a Divo Pio 15. §. in reſcrip. diſpoſ. ff. de re iud. docent Ofwaldi. l. 27. Donell. c. 1. l. l. B. Treult. vol. 2. ſeſſ. diſp. 23. chaf. 7. l. l. D. Valent. l. 2. illuſtr. reſc. 2. e. 7. n. 4. quamvis poſt definitivam improprie accipiatur interlocutio, juxta Jatonem in rubric. de re iud. n. 3. alii etiam exiſtimant, interlocutionem dici ab inter, & loqui, ut ſit ſentis interlocutionem eſſe cum iudex inter principium litis, & definitivam ſententiæ loquitur, quod ad caufam facit, non tamen eam definit: aliquando vero interloquendi verbum accipitur pro voce iudicis, qua partem aliquam officii admoet, l. in teſtam. 28. ff. de ſuſcom. liberr. Imo aliquando ſignificat ſententiæ definitivam, quæ comminatoria eſt, & pramonitoria majoris poenæ, l. 3. §. 1. ff. de offic. Praſ. vigil. de qua caſtigacione per verba facta late, & loculenter agit P. Faber lib. 2. ſeſſ. cap. 2. pag. 72.

Omiſſis definitionibus, quas tradunt poſt antiquiores Jaſo in rubr. de re iud. n. 3. Rebaſſas in l. quod juſſi 14. eod. tit. in princ. Richard. in manud. 2. p. 3. in princ. Valent. d. reſc. 2. c. 7. Ofwald. ad Donell. l. 27. c. 1. l. l. E. Albert. Centilli l. 3. ledio. c. 12. a quibus ſentum potius, quam verba delumo, ſic definiendam eſſe interlocutionem cenſeo: "Juſtus iudicis tendens ad ſententiæ definitivam ex ordine, etiam cum articuli inciſivis dentis peremptione." Quæ definitio aperte eſſentiam interlocutoria ſententiæ, demonſtrat ejus uſum, ſiæquem, & omnes ſpecies interlocutoriarum comprehendit. Et ne arte dialethica deſtituatur, conſtat genere, & differentiâ. Dicitur juſtus iudicis, ut ab his incipiamus, quæ verba ſunt genericæ, quia non tantum comprehendunt interlocuciones, ſed etiam decreta, l. jubere 4. ff. de iurifd. l. 1. ff. de ſuſco. dotali, l. Pomparat 13. §. ſi juſſus, ff. de acquir. poſſeſ. & dicitur juſtus, quia interlocutio potius eſt juſtus, quam ſententiæ, l. quod juſſi 14. ff. de re iudic. l. de eo 12. §. ſi juſtus 5. ff. ad exhib. l. 3. §. ult. ff. de acquir. poſſeſ. l. proximo 3. ff. de liti qua in teſtam. daleu. Cetera verba ſtant loco differentie. In primis per verba, tendentis ad ſententiæ definitivam, cognoſcimus interlocuciones non proferri, ut in illis pronuntiat ſe ſiſtat iudex, ſed pro ſue habere etiam nobiliorum ſententiæ, cui præparant viam. Dicimus ex ordine, propter textum in l. prolata 4. C. de ſent. c̄ interl. quæ jubet, ut ſolito iudiciorum ordine ſeruetur ſententiæ, id eſt verbi ſieri non poterit, ſi interlocuciones contra ordinem proferantur. Poſtremo verba denotant quandam differentiam abhæram, non vero ſpecificam, quæ inter ipſas interlocuciones verſatur; quædam enim interlocuciones ſunt, quæ articulum incidentem perimunt, veluti de competentia, vel incompetentia iudicis, & ſimiles. Quædam quæ tantam caufam præſentant, ut omnes, quæ nuper retuli, ſed cum inter eas non ſit ſpecifica differentia, quæ inter Petrum, & Petrum, & Joannem, omnes ſub una differentia debent comprehendendi.

Inſtituimus vero preſſus in illis verbis, juſtus iudicis, quæ non ſignificant qualemcumque vocem iudicis, ſed illam quæ ex iurisdictione, & cognoſcione caufæ exiſtit, quæ ad proceſſum ordinatur, ſive in habendo, ſive in petendo conſiſtat, d. l. quod juſſi 14. veritate Prætor, ut reus caveat, actorve mitatut in poſſitionem caufæ rei ſervandæ, ut ex ſecundo decreto jubet poſſidere. Ita exponendus eſt textus in l. ex ſiſpulatione 7. C. de ſent. c̄ interl. ubi Caſares tradunt, nec ſententiæ eſſe, nec vim interlocutoria habere vocem iudicis, quæ non proferatur in ordine ad proceſſum. Verbi gratia ſi iudex, qui indecifus reperitur, hortatur, moneteque partes, ut inter ſe concordent, prius quam ad ſententiæ definitive prolationem perveniat. Hæc, inquam, iudicis locutio non eſt interlocutio, quamvis fiat inter initium litis, ſimneque ipſus; quia non tendit ad ordinandum proceſſum, aut ad perimendum aliquem articulum incidentem: quod requiritur, ut ſit interlocutio. Debet enim quilibet ſententiæ certis ſuis finibus contineri, ſive interlocutoria, ſive definitiva: quos ſi tranſgrediat, vim ſententiæ non obtinet, l. poſt 9. c. eod. tit. Quare interlocutio non eſt, ut expoſuit poſt alios Claflicos Gipan, in d. l. 7. Interlocutio ergo dirimit quæſtionem, & articulos emergentes: quæ omnia non attingunt caufam principalem, ſupra quam ſententiæ definitiva proferatur, ſed ſolum præparatoria iudicis, ad quæ ordinanda iudex interloqui debet, l. prolata 4. C. de ſent. qui exiſtinavit verbum plenumque, in eo textu adducendum fuiſſe a Triboniano, nec eſſe proprium Imperatorum. Sed facilis dicendum eſt cum Barolo in eod. l. 9. interlocuciones alias habere vim definitive ſententiæ, alias non habere. Vim definitive habent, quæ eſt non determinat, nec perimant caufam principalem, perimunt tamen articulum aliquem, qui in ſuo genere peremptorius eſt, de quibus accipiendus eſt

Finis definitio.

Exemplum interlocutionis.

G g



habe oportet, sed quod necessarium sit probare illud notorie factum fuisse, ut docent Albericus in l. pa quidem, n. 18. C. de accusat. Jul. Clarus d. g. 9. n. 17. Sunt enim inter se longe diversa haec, probare aliquid notorie contigisse, & illud tale constituere: ut probetur duo, vel tres testes requiruntur, & sufficiunt. Glossa in d. c. ad nostram, juncto principio textus in d. c. in omni 4. c. licet 23. de testib. docent Clarus d. g. 9. n. 6. Gomezius d. c. 1. n. 43. Sicut longe aliud est probare famam, aliud famam constituere: ad probandum duo testes sufficiunt deponentes de fama publica: ad constituendam vero eam opinio apud probos, & graves viros desideratur, c. inquisitionis 21. in fine, de accusat. Glossa verbo *Confirmat*, in l. 3. §. eiusdem, ff. de testibus.

Deinde sciendum est, circa factum notorium plura posse in controversiam adduci: vel enim in iudicium deducitur, an sit notorium; & de hoc dubitatur; vel factum quidem notorium admittitur, ex circumstantiis vero negatur in eo delictum contineri; vel tandem admittitur delictum notorium, contenditur tamen graviolem poenam a iudice fuisse inflictam, quam leges eo casu imponebant: atque ita tantum agitur contra iudicis sententiam, aut declarationem. Primi casus exemplum referunt in praesenti capite consulti, *vers. Sed cum*. Secundus vero contingit, quando quis constituit se notorie hominem occidisse ad propriam vite defensionem, ut in c. 2. cum aliis, de homicidio. De tertio casu agitur in l. si qua poena 244. ff. de v. s. & a Glossa ultima in c. quia nos 32. infra hoc tit. Sanc omnes hi casus in eo conveniunt, quod in neutro principalis quaestio super notorio crimine, de quo agitur, excitatur, sed vel illud negatur; vel de eo non quaeritur. In primo, & secundo negatur crimen esse notorium, atque ita res per negationem manet dubia, argumento legis 3. ibi: *Fuerit negatione dubium, c. quibus ad liber*. De tertio satis apparet: quia, ut supponimus, iam non agitur de crimine notorio, sed tantum de graviori poena a iudice inflicta: inde in his, & similibus casibus sumus extra terminos huius textus, & sub generali regula, quae omnes admittit ad appellandum, qui se gravatos fuisse ostendunt, l. 1. ff. hoc tit. c. omni 2. q. 6. & ideo merito Doctores docent, quod quavis a poena legis non admittatur appellatio, d. l. si qua poena, & a declaratione tamen iudicis talem, vel talem poenam imponentis admittitur. Glossa verbo *Privatus*, in c. capiens 17. §. quod si, de elect. l. 6. Rebuffus in

d. l. si qua poena, limit. 1. Cigas de pof. q. 79. in fine. Ratio est, quia licet appellatio non sit inventa in patrocinium iniquitatis, & ideo a poena legis non admittatur, d. l. si qua; quia tamen declaratio iudicis, quae ab ipso pendet arbitrio, potest iniuriam, & gravamen continere, argumento capitis a nobis 28. de sent. excomm. merito appellatio ab ea concedenda est, iuxta regulam dicti capitis omnia.

Unde apparet ratio praesentis decisionis, quae ex eo provenit, quia appellatio non ad criminis manifesti defensionem, sed ad innocentiae praesidium inventa est, c. cum specialiter 61. §. perro, hoc tit. iniquam autem elset patrocinari ei, qui notorie deliquit, vel alias notorie debitor est. Accedit, quia appellatio non est concedenda illi, cui manifestum est, nullam competere defensionem, argumento capitis cum olim 12. de re iud. juncto c. signifiaverunt 11. a contrario sensu, de except. sed in notorio crimine nulla competi defensio: igitur frustra illi concederetur appellatio. Unde regulariter negans appellationem in notoris vin non facit, ut pluribus relatis docet Salgado de prescri. Regia 3. p. c. 14. n. 54. qui docet numeros sequentibus eam doctrinam limitat, primo quando iudex simpliciter pronuntiavit, vel reum condemnavit, non ut ex facto notorio: secundo quando in ipsa appellatione aliqua causa rationabilis exprimitur, per quam notorium oscillatur, vel si appellatur a sententia interlocutoria, quae iudex pronuntiat ad instantiam partis, interlocutoriam adesse. Prosequitur latius Salgado ubi supra, et n. 46.

Nec obstat dubitandi ratio, pro cuius expositione quaerunt late Interpretes, an confessus in iudicio, & condemnatus, appellans audiatur, ut constat ex traditis a Salgado d. c. 14. In qua quaestione placet communis distinctio, videlicet ante confessum, & condemnatum asserti aliquam causam appellandi, vel nullam adduci, ita ut primo casu appellans audiatur, secundo vero nullo modo appellatio admittatur, ut pluribus relatis docet Salgado ubi supra, n. 21. atque ita iuxta primam causam exadunantur textus supra pro dubitandi ratione adducti. Nec obstat augmentum difficultatis deducendum ex illis verbis huius textus, manifestum sit & notorium. Nam ea verba: *Evidens, manifestum, & notorium*, in praesenti capite perveniunt, & c. consulti sunt synonyma, & idem significant, atque importat, cum non possit dari notorium, quia simul sit manifestum.

Traditione rito dendi.  
Dilatatio submissi ratio.

A necorio quando expellitur.

CAPUT XV.

Idem a eadem.

SUGGESTUM est auribus nostris, quod cum oppressi, & gravati ad praesidium Ap. Sed. recurrunt, & appellatione facta iter arripiunt, adversarii eorum appellationem interpositam cognoscentes, nec ad praesentiam nostram accedunt, nec pro se responsalem transmittunt. Cum autem pertenserint illos rediisse, & litteras nostras reportasse, in vocem appellationis prorumpunt, & iter ad nos arripiunt, ut sic eorum sollicitudinem, a quibus impetuntur, eludant. Verum quoniam nemini fraus sua patrocinari debet, & falce Apostolice moderaminis sunt rescandenda, quae in se vitium nescuntur calliditatis, & fraudis continere: f. t. nos super hoc consulerit taliter respondemus, ut si quis deprehensus fuerit hoc ex fraude, vel malitia facere, ejus appellationem non deferat, nec ob id tibi causam commissam sine congruo terminare possit: quia b decretalem epistolam, qua tales videntur muniri, non ad deprimendam cuiusque iustitiam, sed ad removendum injustum gravamen, nos fecisse cognoscas.

NOTAE.

a *Dem.*) Ita legitur in 1. collectione, sub hoc tit. cap. 20. & post Concilium Later. pag. 10. cap. 19. legitur

Danelmonsi Episcopo; de qua Ecclesia nonnulla notavi in c. 3. de translati. b *Decretalem.*) Relatum in cap. meminimus, hoc tit. ubi textum expolui.

CAPUT XVI.

Idem a Eboracensi Episcopo.

AD praesentiam nostram T. & R. presbyteris convenientibus, Episcopo b Tusculano, & P. S. Susanna Cardinali tuam, & ipsius causam commissimus audiendam, qui ad objectionem tuam, licet non esset excommunicatus de jure, de facto fecerunt c. absolvi. Quia vero quod a fratribus noscitur in hac parte statutum, nolumus aliqua ratione mutare: f. t. p. m. quatenus praedictum presbyterum, vel alium pro eo, quia post excommunicationem contra appellationem factam cantavit divina, nullo modo inquietare attentus, sed ad eum statum omnia reducas, cessante appellatione, in quo erant a tempore appellationis ad Sedem Ap. factae.

NOTAE.

a *Eborac.*) Ita etiam legitur in 1. collectione, sub hoc tit. cap. 21. & post Concilium Later. f. 10. c. 21. De Ecclesia Eboracensi nonnulla notavi in c. 4. de rescriptis. b *Tusculano.*) Henrico videlicet de Castro Marisaco, qui

fuit Monachus Cisterciensis, & Abbas Clarevallensis: plura refert de eo Ughellius tom. 1. Italiae, fol. 294. c *Absolvi.*) Ad cautelam videlicet, ut plerumque fieri notavi in c. veniens, de testib. d *Tempore appellationis.*) Juxta adducta in cap. 1. hoc tit.

CAPUT XVII.

Idem a Cant. Archiepisc.

CUM reneamur consultationibus singulorum, quantum Dominus ministraverit, respondere, tanto gratius tibi volumus responsum impendere, quanto personam tuam abundantiori diligimus charitate. Quoniam igitur nos consulere voluisti, utrum si eorum, qui ad audientiam nostram appellant, possessio turbata fuerit, tibi liceat, quae ipsis turbata fuerint, reformare, eo praetermisso, de quo est appellatio interposita: prudentia tua taliter respondeamus, quod si exinde ad te querela pervenerit, id ordine iudiciario tibi licebit.

NO-

NOTAE.

a *Cantar.*) Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 23. & post Concilium Later. f. 10. cap. 23. De Ecclesia Cantuariensi, & B. Thoma, cui missa est haec decisio, nonnulla notavi in c. 2. de rescriptis.

COMMENTARIUM.

CERTUM est, attentata, & innovata pendente appellatione per iudicem a quo, ipso iure nulla esse, c. non solum, a. n. si 42. hoc tit. c. veniens 19. de iurjur. cum aliis; quae late congesti in c. 1. hoc tit. Unde difficile est, quomodo in praesenti a iudice a quo potuit possessio reformari ea pendente. Qua difficultate oppressi varii in praesenti adduxerunt interpretationes Vvameus, & alii repetentes, Sahagun in c. 1. n. 114. de sequen. poss. Balboa in c. 1. hoc tit. n. 12. & in c. 1. de causa poss. inter quas illa communiter recepta est, videlicet permitti reformationem possessionis ad faciorem appellationis expeditionem: iudex enim a quo cum jurisdictionem retineat, potest omnia ea facere, quae faciorem reddunt secundae instantiae exitum, c. 2. de matr. contracto, c. 2. de spons. dur. Unde potest praesente termino appellanti ad prosequendam appellationem, c. personas 4. c. cum sit 5. hoc tit. nec superioris iurisdictionis inde offenditur, imo potius jaxatur. Gratianus 1. r. distict. 155. n. 41. qui aliis exemplis hanc interpretationem illustrat. Sequuntur etiam Lancell. 2. p. de attent. 12. limit. 4. Scaccia de appell. q. 30. n. 20. Olwald. l. 18. comment. c. 9. lit. 1. Malfard. de probat. concl. 148. n. 23. Sed hanc interpretationem merito displicuit Decio in praesenti, n. 2. nam etsi ejus doctrina vera sit, tamen non adaptatur praesenti decisioni, cum in ea per reformationem possessionis turbatae appellatione pendente, facilius non expediat instantia appellantis. Quare a sententia omnia, non insubiliter existimant quidam Professores nostrae Academiae, ideo in praesenti permitti possessionis reformationem iudici, a

quo sine periculo attentati, quia per appellationem dumtaxat suspenditur iurisdictionis a quo respectu causa super qua appellatum est, non respectu diversae, sed hoc 6. ubi probatur, hoc tit. unde cum in praesenti super proprietate tantum fuerit appellatum, & causa proprietatis tantum ad superiorem devoluta esset, non autem possessionis turbatae causa, merito de hac, utpote diversa causa, *haturaliter* 12. §. nihil commune, l. ult. ff. de acquir. poss. l. §. an valem 14. §. ult. ff. de excep. rei iud. non impeditur iudex a quo cognoscere, cum respectu huius causae per appellationem non fuerit iurisdictionis suspensa. Nec recte ab hac interpretatione recesserunt nonnulli Antecessores nostri, moti ex eo, quod appellatio involvit effectum attentati in causis connexis, c. super eo, in princ. hoc tit. Unde cum possessionis, & proprietatis causa connexa sit, c. 1. de causa poss. l. vindicari, c. de R. V. l. liberis 7. §. ult. ff. de liber. caus. censeri debet suprema iurisdictionis a quo; nam de est agnoscat in causis connexis appellationem suspendere iurisdictionem, & ita inducere attentata, Lancell. de attentati d. c. 12. limit. 2. n. 23. Scaccia supra, q. 2. limit. 47. non tamen admittimus in causis possessionis & proprietatis idem evenire: quia imo diversum ius observatur: nam est hae duae causae respectu ordinis iudiciali connexae sint, d. c. 1. hoc tamen accipiendum est dumtaxat in prima instantia, non vero in secunda, ut docet Scaccia q. 11. n. 31. Unde fit, quod si de causa possessionis appelletur, de illa tantum cognoscere potest iudex superior; quare causa in prima instantia quoad reconvensionem, in c. 1. de mutui petit. in secunda instantia non sunt connexae. Scaccia d. q. 11. n. 31. Clezelius de appell. c. 6. n. 22. nisi in causa beneficii appellatum sit ad Rom. Pontif. nam in Curia Romana non solum discipari potest causa proprietatis, a qua appellatum fuit, verum & possessionis intentari: c. Clement. unica de causa poss. Barbosa in l. si de vi agatur, n. 453. de iudic. Cum ergo in praesenti specie appellatio tantum fuisset interposita in causa proprietatis, recte potuit iudex a quo de possessione turbata cognoscere, eamque reformare.

CAPUT XVIII.

Idem a Bonon. Episcopo, & Archiepisc.

CONSULUIT nos vestra devotio, ut si appellatio, quae ab omni gravamine interponitur, teneat, prudentiam vestram redderemus certiores: & ideo consultationibus vestra taliter respondemus, quod si quis forte generaliter appellationem interponeret ab omni gravamine, quod sibi contingere posset, huiusmodi appellatio tenere non debet. Si vero aliquis sub aliquo iudice super omni gravamine, quod in una causa sibi contingere posset, appellationis obstaculum interponeret, quatenus generalis appellatio sit interposita, appellationi tamen huiusmodi ab eodem iudice esse deferendum. Super eo vero, quod quoddam dicitur frustratorie, ut poenam possint vitare canonicam, appellare, nec appellationem interpositam prosequi, hoc vobis volumus innovescere, quod si qui a vobis appellaverint, eos debetis cogere, ut infra e. tempus congruum, & competens appellationem prosequantur, aut super his, de quibus appellatum fuerit, ap. rem. iudicio vestro parent.

NOTAE.

a *Bonon.*) Ita etiam habetur in 1. collectione, sub hoc tit. c. 27. & post Concilium Later. p. 50. c. 14. De Bonon. Ecclesia nonnulla notavi in c. 17. de foro compet.

b *Non debet.*) Juxta textum in cap. 2. hoc tit. ubi praesentis commentarium adduxi. c *Ut infra tempus.*) Congruum videlicet, juxta adducta in c. personas 4. hoc tit.

CAPUT XIX.

Idem a Zamorensi Episcopo.

CUM parati essemus petitiones, quas nobis per nuntium tuum porrexisti, benigne admittere, & efficaciter exaudire: dilectus filius noster b Hiacyntus S. Mariae in Cosmedin Diac. Cardin. constanti nobis assertionem proposuit, quod cum te ad Synodum suam vocasset, & ad ejus vocationem contempnisset accedere, in personam tuam excommunicationis sententiam pronulgavit: post cujus excommunicationem, quae vice nostraungebatur, te fecisti in Episcopum consecrari. Et cum dictus filius noster Martinus Canonicus B. Jacobi firmiter asseveraret, quod cum in legatione e Regis esses, ideo non potuisses ad vocationem praedicti Cardinalis accedere: Cardinalis econtra asseruit, quod non in legatione Regis, sed in d. Salmantina Ecclesia te fuisset invenisse, tibi que dixisset, quod in alia Ecclesia te non esset requisitus. Et cum iterum ex parte tua fuisset propositum, quod quando venerabilis frater noster Archiepiscopus f. Compstellanus appellaverat, tuam etiam appellationem interposuisses: Cardinalis adiecit, quod appellatio illa te tueri in illa parte non potuit, quin ad ipsius vocationem accedere tenereris. Nos vero attendentes, quomodo te non decuerit contemnere obtentu appellationis ad vocationem Cardinalis venisse: f. tuam monemus, atque praecipimus, quatenus vel in propria persona, vel per idoneos nuncios Apostolice conspectui te representes, innocentiam & immunitatem tuam, si poteris, ostenturus.

NOTAE.

a *Zamorensi.*) Ita etiam legitur post Conc. Later. pag. 10. cap. 28. in 1. autem collectione legitur *Jamensis*; sed male, cum tam Ecclesia Salmanticae, quam Compstellana, D. Jacobi sint prope Zamoremlem; & Salmantia sit suffraganea Compstellanae. De Ecclesia Zamorensi nonnulla notavi in c. fin. de suspend. negl.

pide ipsius Ecclesiae, relato ab Aegidio Gonzalez in theatro ipsius Ecclesiae fol. 405. Postea tamen defuncto Alexandro III. in ejus locum Hiacyntus successit fuit, dictique Caesellinus III. ut referant Baronius, Coriolanus, Placina, & Pappirus Malonius in ejus vita.

b *Hiacyntus.*) Qui Legatus a latere venit in Hispaniam, dum Cardinalis erat, c. 7. de integram restitut. milius enim fuit ab Alexandro III. anno 1174. ut refert D. Maurus Ferrer. in hist. d. Jacobi, pro servanda pace inter Alphonsium VIII. Regem Castellae, & Ferdinandum Regem Legionensem: quo tempore cum Legionem pervenisset, corpora SS. Martyrum Gladii, Luperii, & Victoris in majori Ecclesia honorifice collocavit; ut legitur in veteri marmoreo lapide.

c *Regis.*) Ut per consequens legitime exculatus, cum vocatione, vel iussu Regis eximat Praelatos ab obligatione accedendi ad Synodum, c. si Episcopus, ibi: *Excepta gravi infirmitate corporis, aut praepreptione Regis 18. dist. cap. reprehensibilis 28. quest. 8. plura congesti Ant. August. in epis. lib. 4. tit. 67. illustrat Marthia de iurisd. 4. part. centur. 1. casu 18. ubi resolvit cui parere debeat Episcopus, qui simul, & eodem tempore vocatur a Rege, & a suo Metropolitanis.*

d *Salmantina.*) Quae urbs prope Zamoram est, per duodecim tantum leucas ab ea distans, ut notavi in cap. final. de suspend. negl.